letatur dn̄s planat ſocium id eſt menſe ſue  
Gaudet herus. comitq̄ȝ canem. comitemq̄ȝ ciborum

# Liber Eſopi.

facit applaudit ideſt familia
Efficit.alludit turba miniſtra cani
id eſt ſimili modo.equalia cibaria candem dilectionem.
Arte pari ſimileſq; cibos.ſimilemq; fauorem
acquirere volens dixit aſinus ſtultus
Lucrari cupiens inquit aſellus iners
aſinum.cane corpis.ſplēdor ſcꝫ ad laborem
De catulo prefert vite nitor.vtile tergo
ſupple dn̄o meo.i.vtilitate catulus.ludis.
Nec placeo fructu.ſed placet ille iocis
ſupple ego id eſt tpe congruo ad ludendum.
Ludam.lude places ſic ludit empore viſo
per ludum.ſup.aſinus accidit domino
Ut ludo placeat ludit ⁊ inſtat hero
id eſt placere.eſtimat rudens.ſup.dn̄i ſui anteriorum
Blandiri putat.ore tonans.humeroſq; priorum
concuſſit.grauitate eſtimat.id eſt delectabilem
Preſſit mole pedum.ſe putat eſſe pium
vociferat dn̄s petit auxiliū.aduenit id eſt ſeruorum
Clamat herus.vult clamor opem ſubit ordo clientum
coartat.magnis verberibꝰ fuſtis ſcꝫ aſinum
Multa domat multo verbere claua reum
non dedit id eſt cum honore ſupple facete
Quod natura negat nemo feliciter audet
id ē nō placet inhabilis id eſt placidus eſſe
Diſplicet imprudens vnde placere putat.

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā cuius documentū eſt.ꝙ ſtulti im/prudētes ſepe credūt placere prudētibꝰ ꝑ ea q̄ eis magis diſplicent. Quodā eni͞m tpe vir quidā caniculā habuit multū ſibi dilectū.cui ca/nis ſepe cauda pedibꝰ ⁊ ore ſuis alludebat. Uidēs itaq; aſinus canē ſic placere dn̄o ſuo cogitauit quō ſimili arte tales cibos ⁊ fauorē apd̄ dn̄m cōſeq̄ret dicēs intra ſe. Ego fortior ⁊ vtilior cane ſum.tamē ip ſe plus placet ioco ⁊ ludo q̄ʒ ego fructu ⁊ vtilitate.volo etiam dn̄o ſic placere meo. Un̄ egreſſus ad dn̄m vt inſtar canis luderet pedibꝰ cō cuſſit eū mouendo aures caput ⁊ caudam ſuā putans ſic placere dn̄o Sed dn̄s ꝑterritus cepit clamare.vn̄ ſerui occurrētes aſinū diris fu ſtibus verberauerūt.adeo ꝙ vix ſemiuiuus euadere potuit. ¶ Mo/raliter ſic ſtulti ⁊ inſipiētes volūt ſe intromittere de his q̄ natura eis nō cōceſſit.⁊ fiunt inutiles in illis.⁊ faciunt ſe confuſos

amena.ſoporifero.delectat.
Rigida ſopito blanditur ſilua leoni

# Cū cōmento

currit cupiens turba
Curſitat hic murum ludere prompta cohors
excitatus capit ſup. mus rogat
Preſſus mure leo murem rapit. ille precatur
ſup. leo orationem obedit leonis muris
Ille precem libat ſubiacet ira preci
prius. cogitat. in corde interempto
Hoc tamen ante mouet animo. quid mure perempto
honoris accipies fortes debiles tedet
Laudis emes. ſummos vincere. parua pudet
morte id eſt reum pudet
Si nece dignetur leo murem. nonne leoni
vituperium honor
Dedecus. et muri ceperat eſſe decus
ſuperet debilem fortis dedecus eſt ſuperare
Si vincat minimum ſummus. ſic vincere vinci eſt
ſuperare decens eſt vitium
Uincere poſſe decet. vincere crimen habet
honor gloria ſuperare
Si tamen eſt decus ſi laus. ſic vincere laus eſt
honor id eſt a minor inimico
Et decus hoc minimo fiet ab hoſte minus
ſupati. ꝯſequit. laus ſuperator
De precio victi pendet victoria. victor
tante laudis ſuperati laus
Tantus erit victi gloria quanta fuit
receſſit gratiarum actiones donare ſupple mus
Mus abit. ⁊ grates reddit. ſi reddere poſſit
promittit auxilium id eſt paruum interuallum temporis
Spondet opem ſolus. fit mora parua dies
pro quia. id eſt laq̄os. intrat ſupple ſuis
Nam leo rethe ſubit. nec prodeſt viribus vti
querelosa rugitu incommoda conqueri
Sed prodeſt querulo murmure damna loqui
reuertitur leonem vidit conſpexit retia diſſoluit
Mus redit. hunc reperit. vidit loca. vincula rodit
hoc auxilio reddit. auxilium ſecurus recedit.
Hac ope penſat opem. ſic leo tutus abit
valuit deſtrui aſtucia
Rem potuit tantam minui prudentia. dentis
ſup. muri tribuēs. grates id eſt ad nutum muris
Cui leo dans veniam ſe dedit ipſe ſui

# Liber Eſopi.

ſup.homo.magna non contemne id eſt pauperem
Tu qui ſumma potes ne deſpice parua potentem
pro qꝛ auxiliari nocere non valet
Nam prodeſſe poteſt.ſi quis obeſſe nequit

¶ Hic auctoꝛ ponit aliā fabulā.cuius documentū eſt ꝙ diuites ꝛ potentes debēt paupibꝫ miſereri.ꝛ ſi in ꝑuo.deliquerūt debēt ipſis indulgere qꝛ poterūt in poſterū paupes diuitibꝫ ꝓdeſſe. Jſtud innuit nobis ꝑ leonē ꝛ murem.qꝛ quodā tpe qdam leo dormiuit in nemore.vbi mures circūcirca curſitabāt ludētes.Accidit aūt a caſu ꝙ quidam mus leonē tetigerit ꝛ ſomnū eius turbauerit. Vn̄ leo turbatus apphēdit murē.cui mus ait.O leo tuam ibi ꝑeat nobilitas.qꝛ non malo aīo ſed caſualr̄ hoc cōtigit. Leo āt miſcdia motus murē dimiſit illeſum.cogitās intra ſe ꝙ eēt ſibi ꝑuus honoꝛ ſi murē deglutiret Accidit aūt poſtea ꝙ cū idem leo ꝑ ſiluā trāſiret in laqueū cecidit.ꝛ ſuis dētibꝫ laqueū diſſoluere nequit.nec ſe a captiuitate liberare.vn̄ et querulոſe cepit rugire.qđ audiēs mus cui leo ꝑus pepcit.vidēſqꝫ leonē laqueatū eū agnouit.ꝛ recoꝛdatus bn̄factoꝝ leonis coꝛroſit et diſſoluit coꝛdas retis ſiue laquei.quibꝫ diſſolutis leo liber abceſſit.¶ Et vt dt auctoꝛ ille leo dās grates muri dedit ſeipm̄ ad nutū muris eo ꝙ liberauit eū a morte¶ Moralr̄ ſic potētes nō debēt ſpernere debiles ꝛ impotētes.qꝛ multotiēs paupes pn̄t ꝓdeſſe diuitibus

pestis grauitate talis auis ſuam rogat
Oꝛbi mole iacet miluus matremqꝫ precatur
id eſt dijs ſacrificia orationes
Vt ſe pro ſuperis det ſacra detqꝫ preces
dixit.id eſt o fili id eſt ſacramenta
Mater ait.mi nate deos ꝛ ſacra deoꝛum
offendiſti.recoꝛdantur.id eſt mala opera tua
Leſiſti.recolunt impia facta dei
delicti.vindicantes.impendunt penalitatem
Criminis vltoꝛes penſant pro crimine penam
pro qn̄.ſcꝫ deoꝛum.offenderes metuenda
Dum ſacra turbares pena timenda fuit
miluum.ſupple moꝛtis.manſuetum ſupple cogit
Te cogit timoꝛ eſſe pium.te pena fidelem
iſte pauoꝛ iſta contritio.cum morte tarde
Hic timoꝛ.hec pietas.cum nece ſera venit
deturbat ſuam.quare.immaculatas inhabitat eccleſias
Qui maculat vitam.cur mundas incolit aras
opera opprimunt.q̄re opa.ſubleuant
Quem ſua facta premunt.cur aliena leuant

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# Cū cōmento

¶ Hic au. poīt aliā fabulā. cuiꝰ documētū ē. ꝙ ille q̄ ꝑ totā vitā ſuā
crudelr̄ vixit in fine cū viderit mortē inſtare ſepe fruſtra diuinū iuo/
cat auxiliū Iſtō nobis inuit̄ ꝑ miluū. quodā ei tpe miluꝰ in magnaꝫ
incidit egritudinē. ita ꝙ de vita deſparet. rogauit igit̄ mrē̄ ſuā vt ꝑ
ſua ſaītate deū exoraret Cui mr̄ rndit. fili mi tu offendiſti deos ⁊ ſa
cra deoꝝ. iō dij recolūt iā tua praua opa. q̄re dabūt tibi penam tuis
demeritis ꝯdignā ſꝫ qꝛ īfirmaris iā iploras deoꝝ auxiliū ſed tarde.
qꝛ hec pena timēda fuit qñ peccaſti. vñ timor ⁊ pena mortis cogunt
te nūc eſſe piū ⁊ fidelem. ¶ Moraliter ſic viri criminoſi cū viderint
mortē ſibi imminere inuocant viros ſanctos ⁊ religioſos vt pro ipſis
orent ad dominū deum. ſed eſt nimis tarde.

producat de ſegete. ſupple ſeminatum
Ut linum pariat lini de ſemine ſemen
fouet terra volucres monet talis auis timore
Nutrit humus. ſed aues tangit hyrundo metu
hyrundo iam ſeminatū. ſup̄ auibꝫ magna pericula
Hec ait. hoc ſemen nobis mala damna minatur
eradicate ſata ſeminata. periculis
Vellite pro noſtris ſemina ſparſa malis
ſup̄ auium. contēnit. bona conſilia inutiles curas
Turba fugit ſanos monitus. vanoſqꝫ timores
reprehendit id eſt ex terra ſcꝫ linum vireſcet
Arguit. exit humum ſemen et verba viret
iterum talis auis conſulit. obuiare. futura. derident
Rurſus hyrundo monet inſtare pericula. rident
volucres concordat
Rurſus aues. hominem placat hyrundo ſibi
id eſt cū hoībus. morans. modulatōe. applaudit ſuaui
Cunqꝫ viris habitans cantu blanditur amico
pro quia proſpecta nocere. iacula
Nam prouiſa minus ledere tela ſolent
eradicatur efficiuntur. laquei. ſcꝫ agricola
Iam metitur linum. iam fiunt rhetia. iam vir
capit. volucres recognoſcens. inculpat
Fallit aues. iam ſe conſcia culpat auis
bonum contemnit. ſupple conſilium
Utile conſilium qui ſpernit. inutile ſumit
ſecurus. lapſos. iuſte incidit
Qui nimis eſt tutus retia iure ſubit.

¶ Hic au. ponit aliā fabulā cuius documentū ē. ꝙ nullus debet cō/
temnere cōſiliū alterius. qꝛ accidit multotiēs ꝙ reſpuētes ꝯſiliū alio.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

rum inutiles fiunt. vñ frequenter eis malum euenit. Jſtud declarat nobis per hyꝛũdinem ⁊ alias aues. Quodã eñi tpe hortulanus ſeminauit ſemen lini in agro ad quem hyꝛundo ⁊ alie aues cõſueuerũt venire pꝛo neceſſarijs. hyꝛundo vero pꝛeſciens futurꝫ malum ammonuit alias aues reſiſtere huic ſeminationi dicẽs. hoc ſemen multiplex periculum nobis inferet. ergo euellamus illud ne malum inde venturum nobis eueniat. ſed alie aues hyꝛundinis conſilium ſpꝛeuerunt. quod videns hyꝛundo ſuum genus conuocauit. ⁊ fedus pacis cũ hominibus iniuit. Erat aũt foꝛma pacis iſta. ꝙ neutra ps in damnuꝫ alterutrius cogitaret. ⁊ ſic hyꝛũdines in ſignum federis in domibus nidificauerũt. Tempoꝛe ergo meſſis adueniente hortulanus linũ ſibi colligit. ⁊ retia ⁊ laqueos inde contexit. per quos oĩs alias aues decipiebat. que ſic decepte recognouerũt ꝙ ſtulte hyꝛũdines conſiliũ contempſiſſent. ¶Allegoꝛice per aues intelligere poſſumus pctõꝛes per hyꝛundinem vero ſpũales homines. qui ſepe ammonẽt pctõꝛes vt deſiſtant ⁊ abſtineant a peccatis. ſed peccatoꝛes ammonitionem ⁊ doctrinam ſpiritualium contemnentes tandem per retia diaboli capiuntur. ⁊ eterno igni traduntur.

apta imitari virtutes oꝛnare. ſup. pꝛeſentem
Fabula nata ſequi moꝛes. ⁊ pingere vitam
monet ciuites imiteris viam
Tangit quod fugis. quodqꝫ ſequaris iter
pꝛincipe id eſt domini. indigens id eſt non viuens ſine lege
Rege carens nec regis inops ſine lege nec exlex
ſupple alicuius. tulit illa pars grecie ſeruitutem
Abſqꝫ iugo geſſit atthica terra iugum
ſecuritas voluntarie coegit
Libertas erroꝛe carens ſe ſponte ſubegit
verecundia ſup. acceptam. vigoꝛoſioꝛ. gladio
Et pudoꝛ ob legem foꝛtioꝛ enſe fuit
voluntatem pꝛincipem plebs tuta petit.
Nec libitum faceret regem gens libera poſcit
ſupple gens remouere. pꝛecepta. ſuſtinuit
Et que non potuit pellere iuſſa tulit
incepit. laudare pꝛobos coꝛrigere. ſup. homines
Rex cepit linire bonos. punire nocentes
quecunqꝫ. ſubleuanda. ſubleuans conculcanda ercens
Queqꝫ leuanda leuans. queqꝫ pꝛemenda pꝛemens
aggrauat id eſt in noua lege
Nos onerat nouitas ciues in lege nouella
ſupple ſuſtinere potuerunt
Quod leuiter poterant vix potuere pati

ciuitatem grauem. legem gemebunda. animo. ſuſtinẽtem
Urbem triſte iugum querula ceruice ferentem
iſte liber oſtendit conformia dicens
Eſopus tetigit conſona verba mouens

¶ Hic auctor ponit aliam fabulam que eſt. quondã populus atthi/
cus liberrimus ſuam non potens ferre libertatem elegerũt ſibi regez
qui regali potitus ſceptro cepit eleuare bonos ⁊ opprimere malos di
ctum populum adeo coarcens ꝙ vitam quam prius duxerũt liberri/
mam vix iam in ſeruitute obtinere poterant. Unde poſtea querulo/
ſo animo defleuerunt libertatem amiſſam. Tunc dicit in fine ꝙ per
iſtum populum quamlibet ſignificat ciuitatem grauibus legibus et
actionibus oppreſſam ¶ Allegorice ꝑ iſtum populum intelliguntur
illi qui vitam liberam habent. ⁊ nõ cõtenti in illa ſubdunt ſe vitijs. ⁊
ſic efficiũtur ſerui ⁊ miſeri. q2 qui pctm̃ facit ſeruus eſt peccati ¶ Mo
raliter hic inſtruimur ꝙ nullus liber debet ſe ſubdere ſeruituti. iuxta
illud. Alterius non ſit qui ſuus eſſe poteſt.

quando auſum fuit liberas moleſtare
Um nihil auderet petulantes ledere ranas
rogauerunt illum deum ſine domino eſſent
Supplicuere ioui ne ſine rege forent
ille deus illi petitõi. deriſionẽ. attribuit audax ſecundarias
Juppiter huic voto riſum dedit. auſa ſecundas
orationes inopinatum. audit. in fluuio ſtrepitum
Rana preces ſubitum ſentit in amne ſonum
pro quia. illo deo mittente. pro rege. trunci. impetu. fluuio. quaſſato
Nam ioue dante trabem. trabis ictu flumine moto
demerſit repentinus ſupple ranarum pauor
Immerſit ſubitus guttura rauca timor
mitigato redierunt. timore. videre id eſt trabem
Placato rediere metu ſpectare tigillum
manendo a longe principem. valde timuerunt
Stando procul regem pertimuere ſuum
poſtꝙ̃ nouerunt. truncum non valere
Ut nouere trabem per ſe non poſſe moueri
pro rege dederunt tercias preces illi deo.
Pro duce fecerunt tercia vota ioui
iracundia cõmouit. ſup. aliũ cõtulit cũ demiſit ſerpentẽ aquaticam
Ira iouem mouit. regem dedit. intulit ibim
coluber aperto ore incepit. intrare. amnem
Ibis hiante gula cepit obire lacum

# Liber eſopi

clamorem facit  fluuius  perimus.benigne deus exaudi
Clamitat ecce lacus.morimur.pie iuppiter audi
o deus  ſup.nos  o deus  confer  ſolamen
Juppiter exaudi.iuppiter affer opem
ranas  deuorat.vterus.ſcʒ hydri  cebus  regis
Nos ſepelit venter.noſtri ſumus eſca tyranni
remoue ſtragis  cladem.tribue.pacis  auxilium
Aufer cedis onus.redde quietis opem
iuppiter.dicit.optatum magno deſiderio.ſuſtinete.regem veſtrum
Jlle refert.emptum longa [illegible]rece ferte magiſtrum
vlciſcatur.perpetue.libertates.cōtemptas ſeruitus.
Uindicet eternus ocia ſpreta timor
merces  floccipenditur
Omne boni precium nimio vileſcit in vſu
efficitur.amari ſaporis.charius  ſupple acquiſitum
Fitq̄ꝫ mali guſtu dulcius omne bonum
poſſidet  decens eſt hilaris  tenendo
Si quis habet quod habere decet ſit letus habendo
ſup.hominis  non fiat  id eſt proprie libertatis
Alterius non ſit.qui ſuus eſſe poteſt

¶ Dic auctor po.aliā fabulā cōſilem fabule p̄cedēti.cuiꝰ documētū ē ꝙ hō exiſtēs in q̄eto ſtatu nō dꝫ ſe cito mouere ab illo Jtē oē bonū diu vſitatū nullo amaro p[illegible]ptū neq̄naq̄ꝫ delectabiliter ſapit. Nā hō aſ ſuefactus in delicijs neſcit q̄d eſt delicata vita niſi q̄n patit̄ miſeriam Jſtud nobis innuit̄ p ranas q̄ quondā habuerūt vitā multū liberā. que cū eis nō ſufficeret cōtinuis pulſabāt p̄cibꝫ ipm̄ iouē vt dignaret̄ eis ꝯcedere regē q̄ regeret eas Juppiter audiēs deridebat eas Scd'a/ rio inſtabāt rane p rege Juppiter audiēs rogatōes cōtinuas miſit eis regē cui obedire deberēt.ſcʒ trabē.qui cū de ſupiorībꝫ eēt p̄cipitatus totā quaſſabat aquā.ſtupebāt ergo oēs rane in aduētu magni regis et ab eius cōſpectu fugiētes in antris ſuis ſe occultabāt Poſtea ſono mitigato rane exponere ceperūt capita ſua ex aqua ⁊ venerūt ad ſa/ lutandū regem. Cū aūt vidiſſent ꝙ rex eaꝝ ſcʒ trabs p ſe nō mouere tur dicebāt ꝙ ille rex eēt penitus inutilis.q₂ ſup eū reſidentes viliter cū pedibꝫ cōculcabāt. Tūc iterꝝ rane rogauerūt iouē pro nouo rege dicētes.illū quē miſerat iuppiter lignū eſſe ⁊ oīno ignaꝝ. Juppiter er go cū indignatōe miſit eis colubꝝ mire magnitudinis. Coluber aūt rex ferocitate innata nullū pep̄cit.ſed oēs quas regere deberet eripu/ it ⁊ deuorauit. Tūc inceperūt oēs rane a cōſpectu tyranni fugere nō audentes comparere.ſed occulte mala ſua nunciauerūt ioui vt aufer ret regem oēs vnanimiter rogabāt Quibꝫ r̄n̄dit iuppiter habeatis re

gem veſtrum pro quo diu inſtetiſtis. ⁊ qꝛ fuiſtis in pace ſitis ſemper
in miſeria. ¶ Allegorice rane pñt dici hoĩes cuiuſlibet ſtatus q ſper/
nentes ſeruire mitiſſimo dño nrõ Jeſu chriſto applicant ſe ſeruitio di
aboli qui eos poſtea in inferno crudeliter cruciat.

valconem auis repaciſſimi id eſt luctationes
Accipitrem milui pulſurum bella columbe
capiunt dominum id eſt in damnum laboꝛas
Accipiunt regem. rex magis hoſte nocet
ſcȝ columbe conqueri commodo ſius
Incipiunt de rege queri quod ſanius eſſet
luctationes ſcilicet militi domino
Milui bella pati q̃ȝ ſine marte moꝛi
aliquid facis ſapienter id eſt inſpice
Si quid agas prudenter agas ⁊ reſpice finem
ſuſtinere. pericula. deſidero. ſcȝ picula ſuſtineam
Ferre minoꝛa volo. ne grauioꝛa feram

¶ Hic auctoꝛ ponit documentũ ꝙ in omni tempoꝛe debemus reſpi
cere finem actuũ noſtroꝝ qꝛ actus noſtri nõ reddũtur moꝛaliter bo/
ni niſi ex parte finis. Aliud documentũ eſt ꝙ de duobus malis mi/
nus malum eſt eligendum. quod innuitur nobis per columbas ſic.
Quodam eñi tempoꝛe columbe debebant habere guerras cõtra mil
uum cui volentes reſiſtere elegerũt accipitrem ſperantes ꝑ eum tueri
contra miluum. Sed accipiter poſtq̃ȝ rex factus eſt ꝓſequit̃ eas plus
q̃ȝ miluus eas dilacerando. quapꝛopter columbe dixerunt ad inuicẽ
ꝙ melius eſſet ſuſtinere bella milui q̃ȝ ſic interfici a rege ⁊ moꝛi ſine
bello. ¶ Allegoꝛice qui ſeruit domino peruerſo cauſa defenſionis per
dit auxilium quod queſiuit ¶ Moꝛaliter innuitur ꝙ quilibȝ in ſuo
ſtatu licet patiatur aliquã aduerſitatem. illam debet patienter tole/
rare ne poſtea ſibi contingant grauioꝛes.

et hoc dico clamante pꝛoiecto nutrimenti.
Ure vocante canem pꝛotenſo munere panis
deſpecto talis reſponſiones dicit
Spꝛeto pane. canis talia verba mouet
taceam munera cupiunt ſtudent
Ut ſileam tua dona volunt furtiſq; laboꝛant
aditum nutrimentum ſuſtineo omnia
Eſſe locum panem ſi fero. cuncta feres
poꝛtat domum. nocumenta occultatur laqueus
Fert munus mea damna tuum. latet hamus in eſca
canem nutrimento iſte panis
Depꝛiuare cibo cogitat iſte cibus

non diligo magis nutrimento diurnum
Non amo nocturnum panem plus pane diurno
homo extraneus. cognito. non eſt placidus inimicus ſcȝ domino
Aduena plus noto non placet hoſtis hero
priuabit paruum tempus nocturnum temporum
Non rapiet nox vna mihi bona mille dierum
non volo omni tempore. indigere ſaturatus
Nolo ſemper egens eſſe. ſemel atqȝ ſatur
per latratum. tuas rapinas. id eſt ego canis voluntarie
Latratu tua furta loquar. niſi ſponte recedas
canis tacet ſcȝ fur ſcȝ in domo. canis latrat ſcȝ fur recedit
Hic ſilet. ille manet. hic tonat. ille fugit
aliquid attribuitur inſpice aliquid
Si tibi quid detur. cur detur reſpice ſi des
tribuas o homo refrena
Cui des ipſe nota. teqȝ guloſe doma

¶ Hic ponit documentũ ꝙ nõ oibꝫ fides adhibẽda eſt. ſȝ viris cõſtã tibꝫ ⁊ fidelibꝫ. Nã q̃ cito credũt cito decipiunt. ⁊ q̃nqȝ inde magnã patiunt miſeriã. Vñ fabula iſta vult ꝙ nõ debemꝰ oibꝫ fidem adhibere nobis munera ꝑmittẽtibꝫ aut etiã dantibꝫ. ſȝ debemꝰ videre cãm cur dent ⁊ ad quẽ finẽ hoc det. Qđ nobis declarat ꝑ vnũ furẽ ⁊ canem. Quodã eñi tp̄e fur q̃dam egreſſus de nocte ad aliq̃d furtiue acq̃rendũ a caſu intrauit domũ cuiuſdã viri in qua erat canis ꝑuigil. q̃ laborauit ſuis latratibꝫ furẽ effugare. ſed fur vt irã canis ꝑ̄taret panē ei obtulit. Cui dixit canis. Panẽ tuũ minime curo. quẽ ad me decipiendũ mihi dari cognoſco. ſcio eñi ꝙ cauſa furãdi huc veniſti. ⁊ iđo mihi ꝓ̄bes panẽ vt taceã vt ſic tutius furari poſſes. qđ nolo permittere. q꞉ niſus es me ꝑuare cibo domeſticoꝝ ergo niſi ſpõte recedas tua furta meis latratibꝫ corã oibꝫ manifeſtabo. ¶ Sic moraliter ſaluatum eſt quicq̃d hoi ⁊ fideli impẽdit. qui accepti bñficij nunq̃ obliuiſcit ad hoc ſꝫ intendẽs vt vicem ſimilem benefactori reddere poſſit

petit. producat id eſt ſus prolem
Vult lupus vt pareat maturum ſuccula fetum
ſollicitudinem promittit
Seqȝ noui curam ſpondet habere gregis
dixit ſollicitudine. ſup. o lupe ego ſus ſeruicies
Sus ait hac cura careas. mihi nolo miniſtres
timent ſeruitium pueri noſtri
Horrent obſequium viſcera noſtra tuum
id eſt abi hinc. perfectum id eſt gignere id eſt prolem
I procul vt totos liceat mihi fundere fetus.

vabe remote parere id eſt proles
Jprocul hec pietas non erat apta mihi
pro filijs precepit.timorem habuiſſe
Pro natis natura iubet timuiſſe parentem
termino conceſſo lupus.recedit.ſcʒ ſus producat
Fine dato verbis hic abit.illa parit
id eſt hora hominibus verba
Tempore non omni non omnibus omnia credas
ſcʒ ille.homi fallaci reputatur fallax
Qui miſero credit.creditur eſſe miſer.

¶ Hic po.aliã fabulã cuius documentũ eſt.q̃ nõ oĩbꝫ fides ẽ adhibẽda.nã q̃ credũt miſeris deceptoribꝫ ſepe ꝯſequũtur inde miſeriã Qð nobis declarat per lupũ ⁊ ſucculã ſic.Quodã eñ tp̄e lupus q̃dam ſu peruenit vbi parere ſus deberet.⁊ lupus accedẽs iuxta eã obtulit ſuum ſeruitiũ dicẽs.Audiui te in ptu laborare ⁊ ergo veni cupiẽs tibi aſſiſtere ⁊ in tãta ncc̃itate obſequiũ fidele p̄ſtare.vr̃ãs tenẽdo ꝑles ⁊ modeſte tractãdo.Cui ſus rñdit.ſi mihi auxiliũ ferre veniſti nũq̃ꝫ h̄ melius facere potes q̃ꝫ ſi feſtinãter ꝑcul recedas.q̄ꝛ q̃ꝫto remotior es tãto charior mihi eris ⁊ vtilior.eſt eñ turpe viris talibꝫ intereſſe negocijs.Nã cũ aliq̃ mater parit ipſe pater excludit ⁊ abeſſe iubet.q̃ꝫto magis ergo aliq̃s extraneus debet excludi a talibꝫ ¶ Moral'r.ſic ꝑuerſis ⁊ falſis minime credendũ eſt.q̃ malũ bono palleãt.dulcia eñ ꝓferũt ſed vulnera tradũt.De q̃bꝫ dr̄ in euãgelio.Veniũt ad vos in veſtimẽtis ouium.intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces.

tale elementum illa inflatio ſcʒ interius.dolores
Terra tumet.tumor ille gemit.gemituſq̃ꝫ fatetur
quaſi annihilatur.ſcʒ tam vir q̃ꝫ mulier ꝓpter timorem.
Partum.pene perit ſexus vterq̃ꝫ metu
inflata eſt terra id eſt oſtendit parituram
Cum tumeat tellus monſtrat ſe monſtra daturum
de hoc timent ſcʒ hoc damnum abhorrent
Hinc homines trepidant.⁊ prope ſtare timent
leticiam illa inflatio reuertitur inflat.i.tale vile animal
In riſum tumor ille redit nam turgida murem
tellus producit.riſus pauor
Terra parit iocus eſt quod timor ante fuit
efficiunt ſup.facienda dicunt
Sepe minus faciunt homines qui magna loquuntur
producit.magnos parua timores.
Sepe gerit nimios cauſa puſilla metus

¶ Hic ponit documẽtũ q̃ ſ̄boſi ⁊ p̄ſumptuoſi ſepe minus faciũt q̃ꝫ

# Liber eſopi

homines taciti. Concludit etiã q̄ ex minima re ſepe euenit magnus timoꝛ quod declarat nobis ꝑ terrã. Quodã eni tpe terra emiſit magnũ ſonũ et tumebat ⁊ tremebat ꝓpter qđ quaſi oēs hoīes pꝛe timoꝛe perirent. Et cũ terra ſic tumeret aſſerebat ſe pariturã vnũ monſtrũ magnũ et hoꝛribile quale ante nõ fuit viſum. Et ergo hoīes ⁊ cetera animãtia tremẽtes nõ audebãt ꝓpe ſtare vbi terra ſic tumebat. Poſtea ſcʒ terra turgida peperit murẽ. ⁊ hoīes hoc audiẽtes qui pꝛiꝰ timuerũt ridebant ⁊ inuicẽ iocabãtur. Eſt ergo documentũ q̄ hoīes qui multa loquũtur ſepe minus faciunt q̄ꝫ qui ſunt taciti ⁊ pauca loquentes

id eſt capꝛa pro quãdo gaudet iuuenis.
Um grege barbato dum ludit iunioꝛ agnus
ſcʒ agnum animo diſcoꝛdantia
Tendit in hunc menti diſſona verba lupus
quare fetidam tu pura. imitaris. magis
Cur olidam munda ſequeris plus matre capellam
tale nutrimentũ. donaret. ſuauius. mater tua.
Lac tibi pꝛeberet dulcius ipſa parens
ſup. mater accelera tuam poſtula dona ſupple tue
Eſt pꝛope feſtina. matrem pene. munera matris
pro quia tenet. mammas ſcʒ agno
Lac bibe. nam ſeruat vbera plena tibi
ſup. dicit benigna agno pꝛebet.
Agnus ad hec. pia capꝛa mihi lac dulce pꝛopinat
agnum. loco mee nutrit genitricis
Me vice matris alit. me vice matris amat
ſcʒ oui ſup. meo uitam habere. ſup. ego agnus
Non mihi ſed domino pꝛodeſt me viuere viuꝰ
ſup. dominus. id eſt doꝛſo multas lanas
Ut metat in tergo vellere multa meo
oui conuenit foueri fomento. capꝛe
Ergo mihi pꝛeſtat nutriri lacte capꝛino
mee ſugens deuoꝛat ſcʒ lupino
Quam lac matris habens mergar in oꝛe tuo
ſuperat. diuitias tutam habere
Omnes vincit opes ſecuram ducere vitam
miſerius nullum ens miſera fruitio diuitiarum
Pauperius nihil eſt q̄ꝫ miſer vſus opum
ſupple eſt. bono conſilio vilius ſup. conſilio
Nil melius ſano monitu. nil peiꝰ iniquo
documentum imitatur iniqum
Conſilium ſequitur certa ruina malum.

## Cũ cõmento

¶ Hic ponit documentum ꝙ nihil eſt melius bono conſilio immo ꝙ libet prudens debet ſequi bonũ cõſiliũ. Etiaȝ includitur ꝙ illis qui loquuntur deceptorie non eſt credendum. Quod declarat nobis per lupum ⁊ agnum ſic. Quodam enim tempore ouis quedam commi ſit cuidam capre agniculum ſuum nutriendum. qui vberibus capre conſuetus cum grege caprarum ſiluas ⁊ paſcua frequentauit. Lu/ pus autem videns hunc agnum in campo. nec audens eum inuade/ re propter hircum dixit doloſe ad eum talia verba. o tu agne cur am bulas cum iſta fetida capra matre tua dimiſſa tranſi ad matrem tu am que ſeruat tibi plena vbera. Agnus ad hoc ſapienter reſpondit. O lupe non ſum meiipſius. ſed domino alteri ſubiectus ſum qui me precepit ire cum grege caprino. cuius preceptis parere teneor. Me lius enim mihi eſt ꝙ nutriar lacte caprino ꝙ̃ ꝙ habeam lac matris mee ⁊ mergar finaliter in ore tuo. ¶ Cõcluditur ergo ꝙ quilibet ſapi ens debet vti ſano cõſilio ⁊ fugere inſanum ⁊ cetera.

roborauit ſupple venaticum velocitate. mordacitate. iuuentute
Armauit natura canem pede dente iuuenta
agilis atrox roboratus
Hinc leuis. hinc mordax. fortis ⁊ inde fuit
tanta dona capit ſenectus fortitudine
Tot bona furatur ſenium nam robore priuat
ſupple canis maxillas velocitate
Corpus dente genas. ⁊ leuitate pedes
canis ſenex capit maxillas exilit debiles
Hic leporem prendit. fauces lepus exit inermes
debilem ſui corrigit ſeueritas
Elumbem domini corripit ira canem
dat loquelam canem exaltauit ſcȝ iuuentutis
Reddit verba canis. dum me pia protulit etas
valuit euolare fera meam voluntatem
Nulla meum potuit fallere preda pedem
protegit pigriciam ſenectutis magnus honor
Defendit culpam ſeniȷ̃ laus ampla iuuente
pro antiquo ſcȝ debilitate operationes iuuentutis
Pro ſene (qui cecidit) facta priora vigent
nulla delectatio. perſeuerat vtilitas. dilectionem
Nullus amor durat. niſi fructus ſeruat amorem
ſup. homo. id eſt tante dilectionis. cõmoda oſtendit.
Quilibet eſt tanti. munera quanta fecit
in cõſpectu dñi. ſup. canis ſup. ſpolia portaui. id eſt antiquus
Magnus eram dum magna dedi. iam marcidus annis

# Liber Eſopi

floccipendoꝛ.pꝛeterito.recoꝛdatio ſupple exhibiti
Uileo.de veteri mentio nulla boni eſt
approbas.ſup.tpe iuuētutis.ſupple tempoꝛe ſenꝫ id eſt ſuperbum
Si laudas quod eram quod ſum culpare pꝛoteruum eſt
id eſt tibi vtilem expellere.vitium ſupple eſt
Si iuuenem recipis.pellere turpe ſenem
lamentabiliter famulari famulatur homini ingrato.
Se miſere ſeruire ſciat.ſui ſeruit iniquo
miſereri famulis prauus
Parcere ſubiectis neſcit iniquus homo

¶ Hic ponit documentum ꝙ homo neceſſitatus qui ſeruire alteri de
beat caueat ne ſeruiat miſero ⁊ ingrato.qꝛ ſeruientibꝫ ingratis ſepe
fruſtratꝛ ſpes mercedis. Cōcludit etiā ꝙ ꝗlibet tpe iuuentutis debet
ſe exercere in bonis opibꝫ.vt tandē illa pꝛoueniāt ad augmentum re
munerationis. Quod declaratur fabuloſe ſic. Quodā eñ tpe erat ꝗ
dam canis multū habilis ad venandum quare dilectus fuit a domi
no ſuo.ſed ſucceſſu tpis cōtigit illū canē adueniēte ſenio illā venatio
nis habilitate ꝑuari.tamen cōtigit vno tpe ꝙ iſte canis ſenex curreret
poſt leporē quē tandem capiebat.ſed lepus a dentibꝫ canis euaſit.qꝛ
canis iam pꝛe ſenio edētatus leporē illū tenere nō potuit. qđ videns
dñs multis verberibꝫ canē trucidauit. Canis vero turbatus dixit.o
dñe cū eram iuuenis nulla pꝛeda potuit me euolare dentibꝫ.ſed iā
ſenio obſtante nō valeo tam foꝛtiter pꝛedas capere.quare bona facta
tempoꝛe iuuētutis debēt intercedere pꝛo me antiquo vt habeas me
excuſatum. Sed pꝛochdoloꝛ ꝙdiu potui vtiliter vobis ſeruiui ⁊ tūc
a vobis diligebar.ſed nūc ex quo viribꝫ deficiētibꝫ vobis ꝓficere neq̄o
totā veſtrā a me auertiſtis dilectōem. Et iſte eſt modus hodierni tē
poꝛis ꝙdiu homines ab alijs cōſequūtur lucrū ⁊ vtilitatem tā diu
eos beniuole tractant.ſed lucro ceſſante tepeſcit amoꝛ ⁊ dilectio. Et
ergo bene dicit canis. Magnus eram cum magna dedi ſed iam vi-
lis eſt antiquitas mea.nulla mentio habetur de bonis pꝛeteritis qđ
tamen eſt contra veram iuſticiam.¶ Cōcluditur ergo ꝙ ille male ſer
uit qui ſeruit homini malicioſo ⁊ ingrato.

nemus.ſonum facit talia aīalia.terra aquatica ſtant
Silua ſonat.fugiunt lepoꝛes.palus obuiat.herent
tardatio circumſpiciunt pauent
Fit moꝛa reſpiciunt.ante retroq; timent
in animo timoris concoꝛdati
Dum libꝛant in mente metus.ſe mergere pacti
quando.timent aquas ſubtus ire.cernunt
Cum metuunt.ranas ſtagna ſubire vident

leporum. dixit ſpem hrē. licitum eſt formidinis
Unus ait ſperare licet. non ſola timoris
collectio inutili
Turba ſumus. vano rana timore placet
bonam decens habere primum principium ſaluationis.
Spem decet amplecti. ſpes eſt via prima ſalutis
multotiens timeri non timenda timor.
Sepe facit metui non metuenda metus
ſcʒ noſtri velocitas cordis ſtulticia leporis
Corporis eſt leuitas ⁊ mentis inertia nobis
leuitas occaſionem portat inertia timorem.
Iſta fuge cauſam ſuggerit. illa metum
timorem habeat metuit grauedine. anxietatis.
Sic timeat quicunqꝫ timet. ne mole timoris
deficiat. intolerabilis recedente pauor
Spe careat grauis eſt (ſpe fugiente) timor
ſpem habeat timuit. qui deberent mori. in vita permanente
Speret qui metuit. morituros viuere vidi
ſup. bona. ducēte. ſup. vidi recedente obire
Spe duce victuros. ſpe fugiente mori

¶ Hic auctor ponit documentū. ꝙ nihil melius eſt bona ſpe. Iſtd nobis declaratur fabuloſe per lepores. Quodā cū tpe vento multū impetuoſe flante arbores cuiuſdam nemoris ꝑ flatum venti magnū ſonū fecerūt. vñ lepores iſtius ſilue territi ceperūt fugere. ⁊ ſic fugiēdo venerūt ad quādam paludem quā pertrāſire nō poterāt. ipſi vero ſic ſtantes viderūt ranas in palude ſe ſubmergere. quare ipſi ducti erāt ad maiorem terrorem dubitantes an vellent ſe ſubmergere ſicut rane. Ipſis vero ſic dubitātibus dixit vnus eorum. vere nos nō ſumus ſoli qui vano timore timent. quia videmus ꝙ pre timore inutili rane iſte ſubmerſerunt ſe. quaſi diceret vane timemus. cōſolemur ergo et habeamus ſpem bonam. nam ſpes eſt firma via ſalutis. leues enī ſumus ad currendū viam aſperam. licet graues ſumus mente. Concluditur ergo ꝙ nullus debet ita timere ꝙ careat bona ſpe. Et dicit auctor hoīes morituri habētes bonā ſpem de vita ſepe diutius viuūt et ecōtra aliqui victuri ꝑ longa tpa deſperātes de vita citius ſepe moriuntur. nihil ergo eſt melius bona ſpe. ⁊ nil peius deſperatōe. ¶ Moraliter. oīs homo patrie leges ⁊ cōſuetudines libēter ferre debet. qꝛ vanū eſt loca mut..re. qꝛ vbicunqꝫ fueris aut ad quecunqꝫ loca fugias ſemper inuenies tuum ſuperiorem.

tale animal agnellum. committit. caule ouium
Apta cibum querens hedum commendat ouili

# Liber Eſopi.

hedum. capre firme cuſtodit. caula clauſura
Huncilli ſolida ſeruat ouile ſera
hedum ſapiens capra ſuaſione preauiſat
Natum cauta parens monitu premunit amico
maneat intus nocumenta vagabundus
Ut lateat. nec ſit in ſua damna vagus
hedus abſcondit ſe tangit ianuas balatu.
Hic latet. ecce lupus mouet oſtia voce capellam
dicit aperiantur ianue peſſulate
Exprimit. vt pateant oſtia clauſa petit
maneas foris agnellus dicit falſa voce
Sta procul hedus ait. capriſas gutture falſo
indebite lupum foras.
Cum male capriſes te procul eſſe volo
genitrix falſe figurat modus
Ex mea ſis mater mentitur imago loquendi
foramen ꝑ quā cerno oſtendit
Rimula (qua video) te docet eſſe lupum
impreſſia filiorum mentis. inſtructio
Inſita natorum cordi doctrina parentum
facit honorem. ſupple doctrina parentum
Sepe parit fructum. ſpreta nocere ſolet

¶ Hic ponit documentū. ꝙ pueri obedientes parētibꝫ ſepe cōſequū-tur cōmodū ꝛ honorē de hoc. Et ꝑ oppoſitū pueri ſꝑnētes pcepta parentū ſepe cōſequunt damna ꝛ vitia. Uñ allegorice dꝛ Audiet hic vitricū patrē qui ſpernit amicū. Iſtud declaratur fabuloſe ſic. Quodā eñ tpe dum capra quedā ad paſcua iret reliquit paruulū hedum in domo. cui pcepit domū obſeratā cuſtodire ne qs intraret donec ipſa rediret. Dum aūt iſta ad hedum capra dixiſſet. lupus ſecrete aſtitit ante fores audiens quid mater pcepit filio ſuo. ſed capra abeunte lupus doloſe venit ꝛ pulſat ante oſtium incipiēs loqui voce caprina. vt cum paruulus maternam vocē audiret ſubito clauſas ianuas apiret ſed hedus ꝑ rimulam conſpiciens ꝛ lupum vidēs ſic ait. vocem qdaꝫ maternam audio. ſed neqꝫ caput neqꝫ pedes eius video. immo imago quā per rimulam video docet te eſſe lupum quare ad me non intrabis. ¶ Cōcludit ergo ꝙ pueri ſuis parētibus obediētes prudēter agūt. ſed nō obediētes ſepiſſime malo claudūtur fine. Etiam poſſet moraliter concludi ꝙ obedientes deo vitaꝫ eternam conſequuntur. ſed qui diabolo obediunt damnantur.

tale aīal. agno. aſtante dicit magnum
Ceruus oui preſente lupo ſic intonat. amplum

# Cū cōmento

illius frumēti teneris ſoluere.reſtitue ceruo
Uas tritici debes reddere.redde mihi
precipit hoc animal obedit ouis ſcȝ lupi
Sic iubet eſſe lupus.paret iſta timore iubentis
quia termino ſtatuto ꝓmittit.ſup.ſoluere
Namqȝ die fixo debita ſpondet ouis
prolongatur agnellum.infeſtat promiſſo
Fit mora.ceruus ouem vexat de federe ceruo
ait agnus:non obligant pacta id eſt pre timore
Inſtat ouis.non ſtant federa facta metu
ſup ouē.oportuit.precipiente omnia promittere
Dedecuit cogente lupo quecunqȝ fateri
ſup.ouē oportuit.dolum.remouere ſimili dolo
Dedecuit fraudem pellere fraude pari
anxietas in preſentia adeſt vota anxietatis
Cum timor in promptu reſidet.promiſſa timoris
non tenent metus tenent.
Arent.nil fidei verba timoris habent

¶ Hic au.po.aliā fabulā cuius documentū eſt.ꝙ ꝓmiſſiones facte ꝓ
pter metū corporis nō obligāt ꝓmittentē.Cōcludit etiā ꝙ homo cum
fraude poteſt ſe etiā defendere cōtra malos ⁊ fraudulētos Iſtō decla
ratur nobis ſic.Quodā eñi tpe ceruus impetebat ouē lupo pñte di-
cēs ꝙ ſibi vas tritici deberet.qre ceruus reqſiuit ouē vt ſibi ſatiſface
ret.⁊ lupꝰ hoc audiēs ꝑcepit oui vt ſatiſfaceret.qđ audiēs ouis cū ma
gno tiore rñdit ꝙ ſi libēter facere vellet.⁊ aſſignatꝰ ē terminꝰ ſolutōis
termino aūt ſolutōis adueniēte acceſſit ceruus ad ouē exigens qđ ſi-
bi ꝓmiſſum fuerat.ouis aūt reſpōdit ſe nihil ceruo debere dicēs.etſi
triticū tibi ſoluere ꝓmiſerim.nō tamē ſoluā.qꝛ ſoluȝ ex timore pñtis
lupi ꝓmiſi.ſi eñi lupus nō affuiſſet nihil tibi ꝓmiſiſſem.quare nihil
tibi dabo ¶ Concluditur ergo ꝙ promiſſiones timore mortis facte
non obligant promittentem ad ſatiſfaciendum.

ruſtici longe alitum nutrierat ſerpentem
Uſtica menſa diu nutritum fouerat anguem
id eſt hominis ſerpens diligere pietatem
Humanam potuit anguis amare manum
pietas magna ruſtici variatur.id eſt in ingratitudinem
Gratia longa viri ſubitam mutatur in iram
ſerpentis mittit ſcȝ ſecuri.
Ira per anguineum dirigit arma caput
leſionis ſcȝ ruſticus.paup efficitur.i.per vulnus.depauperatum
Uulneris actor eget.ſe vulnere credit egenum

# Liber Eſopi

ſerpenti rogitat ſerpens dixit
Angui pro venia ſupplicat. anguis ait
tutus ruſtico tam magna aſcia
Non ero ſecurus. cum ſit tibi tanta ſecuris
pellis. iſtas recordatur. ſciſſuras cuti
Dum cutis hec memorat vulnera facta ſibi
ſupple anguem. iterum
Qui me leſit item ledet ſi ledere poſſet
vtile eſt perfido nō adhibere fiduciam
Expedit infido non iterare fidem
peniteat delicti peccatum indulgeo
Sed ſi te pigeat ſceleris. ſcelus omne remitto
pro quia fletus remiſſionē. id ē contritōe mentis promeretur
Nam gemitus veniam vulnere cordis emit
leſit ledere alia vice
Qui primo nocuit vult poſſe nocere ſecundo
miſcuit. perfidus dulcia aconita eſtimo
Que dedit infidus mella venena puto

¶ Hic au. po. aliā fabulā cuius documentū eſt ꝙ hō ſemel inuētus in dolo ſp̄ habet̄ ſuſpectꝰ. q2 ſm̄ iura Qui ſemel ē malꝰ ſp̄ p̄ſumit̄ malus in eodē gn̄e mali. vt p3 de re. iu. li vi. Includit̄ etia3 ꝙ forefcōr ex contritōe veniā petēs debet merito veniā ꝯſeq̄. Iſtud declarat̄ fabuloſe p̄ ruſticū ⁊ anguē. Quodā em̄ tp̄e ruſticꝰ i domo ſua ſerpentē nutriuit. ꝗꝑpter anguis merito tenebat̄ diligere illū. q2 ab eo ſuū recepit nutrimentū. nec ſciuit ꝙ ruſticꝰ ei nutrimentū ad malū finē miniſtrabat. Succeſſu ſ͛o tp̄is ruſticꝰ iratus intēdebat exeq̄ finē ſui mali anguē ſecuri p̄cuſſit ⁊ vulnerauit eū. poſtmodū ꝯtigit ruſticū depauperari. depaupatus ergo ruſticꝰ cogitauit ſibi paupt̄atē accidiſſe eo ꝙ anguē p̄cuſſiſſet. quare ruſticꝰ rogauit anguē vt ſibi ignoſceret. Anguis āt r̄n̄dit ruſtico dicēs. ex hoc ꝙ volebas me interficere tibi nō credam amplius. etiā nō ſum ſecurꝰ cū in manu tua tantā habeas ſecurim. nā ex quo me ſemel leſiſti timeo iteꝝ a te ledi. tamē q2 penitet te delicti. ideo forefactū tibi dimitto. q2 gemitus ⁊ cordis cōtritio veniam promeret̄ ¶ Cōcludit̄ hic etiā ꝙ dulcia ⁊ delectabilia ꝑpter malū finē alicui exhibita nō ſunt vera dulcia. ſed potius venena

culex pūgit. ſupple hominem percutere.
Muſca premit caluum. caluus vult ledere muſcam.
percutiat ſeip̄m muſca
Ut muſcam feriat ſe ferit. illa ridet
ſup. hō dicit id eſt mors propinquo
Caluus ait. te parca iubet vicina iocari

percutior percutiaris morieris.
Si ferior rides. ſi feriare cades
ſanus percuſſus vna vice morieris.
Soſpes ero decies ictus. ſemel icta peribis
parata ſup. caluo fauor ſupple muſce
Eſt mea prompta mihi gratia. ſurda tibi
merito offendi offendat
Jure poteſt ledi leſor. ſi ledit in illum
a quo parua incepit leſura
Unde breuis cepit leſio. magna redit

¶ Hic auctor ponit aliā fabulā. cuius documentū eſt. ꝙ hoīes debiles potentioribꝫ volētes nocere ſepe decipiunt. Cōcludit etiam ꝙ ex modica re frequēter magna lis orit. Iſtud declarat fabuloſe ſic Quodam em̄ tꝑe ſedit muſca ſuper caput hominis calui vt ipꝫ morderet caluus vero ſentiens muſcam extendit manū ſuam vt muſcā ꝑcuteret. ſed ſeipm̄ percuſſit. quod videns muſca ridebat. Ait ergo caluus tu muſca rides quoniā ego percutior. ſed ſi tu ſemel percutiaris mox morieris. ⁊ licet ego decies ꝑcutiar ſanus tamen permanebo. ¶ Allegorice per iſtum caluum intelligi poſſunt religioſi. per muſcam homines ſeculares qui religioſes infeſtant ⁊ derident. ſed ipſi ſententia diuine iuſticie contra eos lata eternaliter peribunt.

illo aīali. inuitante talis auis ſupple habere
ulpe vocante venit ſperatqꝫ cyconia cenam
decipit. cyconiā humidis irridente
Fallit auem liquidis vulpe iocante cibis
quādo lambit. ſup. vulpes ſorbit ſupple cyconia. triſticiam
Cum bibit iſta cibos. ſolum bibit illa dolorem
iſta deceptio. cōtra vulpem machinatur. id eſt deceptiones
Hic dolor in vulpem fabricat arma doli
modici tempus breue cyconia. dixit
Sunt pauci mora pauca dies. auis inquit habemus
cibaria valent ſup. tu vulpes ſupple ad nos
Fercula. que ſapiunt. dulcis amica veni
vulpes cyconia cibaria fundit
Hec venit. hec vaſe vitreo bona fercula condit
admittit ſcꝫ ſtricti. id eſt cyconiam
Hec ſolam recipit formula vaſis auem
cōmendat cibos viſu ſplendor. dapes denegat
Laudat opes oculo vaſis nitor. has negat ori
ſupple vaſis duplicat ſcꝫ ciborum. ſup. vulpis.
Formula. ſic geminat viſus odorqꝫ famem

# Liber Eſopi.

eſuriēs. reuertitur decipitur
Sic vulpes ieiuna redit. ſic fallitur audens
decipere dolo decipitur. ſupple vulpes
Fallere. ſic telo leditur ipſa ſuo
id eſt non vis fieri ſupple hominibus
Que tibi non faceres. aliꝭs feciſſe caueto
tormenta non vales ſuſtinere
Vulnera ne facias. que nequis ipſe pati

¶ Hic au. po. aliā fa. cuiꝰ documētū ē. ꝙ nemo faciat alteri qꝺ ſibi nō veller fieri. Etiā īcludit ꝙ nemo aliū decipiet ne ſibi mō decipiat. Hoc innuit nob ꝑ vulpē ⁊ cyconiā. Quodā eī tꝑe vulpes iuitauit cyconiā ad cenā doloſo tñ aīo. ⁊ parauit vulpes bona ⁊ liqda cibaria. ⁊ effu⸗dit ea late ſup mēſam. vñ cyconia roſtro ſuo lōgo cibaria illa ſumere nō potuit. vulpes āt ligua ſua lingēdo ſola oīa cibaria ſumpſit. Lyco nia āt vidēs ſe ſic deluſam cogitās de vindicta volēs vulpi reddere ta lionē inuitauit eā poſt paucos dies ī domū ſuā. ⁊ bona fercula ꝑpa⸗uit q̄ ī vaſe vitreo ſtrictū hñte orificiū erāt. Vulpes āt ad cenā veiēs ci baria nec ligua nec ore attingere potuit ꝓpter vaſis artitudinē. Lyco nia ſꝫo roſtro ſuo lōgo ī vas imiſſio oīa illa cibaria ſola comedit. Sꝫ vulpes vidēs ſe ea q ꝑus decepat arte deluſā triſtis ⁊ famelica rceſſit

p qñ pertranſit inuenit ſcia. elatum
Vm legit arua lupus reperit caput arte ſuperbum
caput decorat magna ſcientia maxillis
Hoc ornat humanis ars precioſa genis
caput vtroqꝫ vertit ſcꝫ ſequentia. dicens
Hoc lupus alterno voluit pede verba reſoluens
ſine loq̄la maxille id eſt ſine corde
O ſine voce gene. o ſine mente caput
obtenebrat delet mentis obtuſitas decorem.
Fuſcat ⁊ extinguit cordis caligo nitorem
id eſt mentis in mundo. ſplendor
Corporis eſt animi ſolus in orbe nitor

